Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26592
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dignior est appellari crisis quam alteratio que ad
uenit post ipsam.
Quantitates horarum egritudinis non cognoscuntur
antequam sint nec ex ipsa natura egritudinis et ex
horis anni et ceterorum

Super secundo de crisi

Audire quod dico et intelligere ipsum
concessum est omnibus hominibus. Spero
enim quod non leget librum meum huius ars cui
occultetur ad eorum que sunt in ipso.
Nam rectitudo scientie non oportet addiscatur nisi ab
eo qui utitur illa secundum rectitudinem et recti
ficationem non ab illo qui conatur referre illam
et deficit in ipsa.
2° Cum dico diem intellige a me diem cum nocte
sua et sic 1 mensis fit 30 dierum et sic dicemus
iterum quod annus est 36h dierum.
Dico quod egritudo est dispositio que nocet
operationi
Egritudinis sinceritas esse non ignoratur a primo die
quo aduenit ab aliquo qui certe eam cog
noscit quoniam unicuique egritudinum sunt signa
sibi propria absque aliis egritudinibus. Egri
tudinis autem composite non est possibile
ut sciatur unaquaque specierum a principio sui